

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0075

**LOG Titel:** De Collurionibus, sive de minori Lanariorum genere. Cap. XII.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

dam Auem à Falconario adiuvetur. Sicenim reddetur audacior. Porrò secundo anno parvæ Aues in grandiusculas commutentur, & tertio iterum in maiores. Omnis enim Auis hoc modo peritita simul & audacia ad Aves, quas voluerit Falconarius seu Accipitrarius, capiendas proficit. Quamvis enim primæ nobilitatis Falcones, qui sunt octo primorū (tot enim antea enumeraverat Accipitrum seu Falconum species) generum, hoc exercitio, inductione à minoribus Auibz ad maiores capiendas non indigeant, ad omnium tamen audaciam, & peritiam augendam non parum momenti habet. Hæc omnia Albertus. Ex eo verò, quod alibi idem ita scribit, Falconem, qui in alto suspensis alis hæret, neq; in prædam ruit, degenerare in naturam Auium, quæ Lanarij dicuntur, colligendum esse videtur, peculiarem hunc Lanarijs volandi, & prædā adoriendi morem esse, ut non statim in eam visam irruant, cæterorum Accipitrum mores; sed quasi deliberanti similis, supernè in æthere pari alarum remigio, ac æquilibrium quoddam, parumper sese motitare, velutiq; suspensos aliquandiu hære, antequam deorsum ruerent, ac prædam invadere audeant, imbecillis scilicet volatus, ac imbellis naturæ suæ forsitan conficij. Vnde aliquis Germanis Schvvimmer, tanquam natatorem vocari conijciat, quòd in volatu suo in æquore æthereo, veluti natationem exercere videatur. Quemadmodum idem Tinnunculum etiam à volandi modo, quo alas extendit, ventilatq; insit vanni seu ventilabrij, significanter VVannenvvacher appellant, atque Itali Fourtiento simili de causa.

Modus inveniendo.

## DE COLLVRIONIBVS, SIVE DE minori Lanariorum genere. Cap. XII.

**L**ANIORVM hocce genus, cum præcedentibus collatum Lanarijs, minus iure merito erit dicendum. Attamen & hoc duorum generum est. Da maiori itaque primum hic agemus, reliquas deinde species pertractaturi.

### SYNONIMA.

**O**RNITHOLOGVS Lanium, qui ad distinctionem cinereus vocatur, quemq; alij aliter Latine, Græcèue nominari posse cõiecerunt, nulli veterum descriptioni accedere putans, nouo nomine Lanium appellare maluit, quòd in alias Aues nò solum se minores, sed maiores etiam aliquas scire soleat. Bellonius conatur attruere esse Collurionem Aristoteli, quam hic *Virionis* aut *Pardeis magnitudine* esse dixit. Lanium nostrum Itali vulgò Regestollam vocant, sine dubio voce diminutiva à Regazza, quæ ipsi Picā significat, detorta, tanquam si dicant Ragazzola. Cuius argumentum est, quòd alijs etiam Italis Gaza marina dicitur: nonnullis etiam Gaza Sparuiera. Refert hæc Auis Picam aliquo modo, cauda præsertim, & in genus etiam quoddam Picarum sciret. Gaza verò Italis Pica est. Eadem de causa alijs etiam Passera Gazera fortè dicitur, quam aiunt magnas etiam Aves nido suo appropinquantes morsu repellere, nisi hoc nomen fortè minori tantum generi Laniorum, quod Passeris magnitudinem non excedit, conueniat. Circa lacum Verbanum Orestio vocatur, Destollo Falconiera, Ferrariensisbus. Deniq; Gazza Sparuiera dicitur, & Regestola Falconiera ab Auis rapacitate desumpto cognominè, quòd prædandi natura Falcones & Accipitres imitetur. Vnde & Falconelli nomen accepit. Vmbri monticolis Castriga dicitur. Eandem significationem habent, recetiq; nomini Latino (Lanius) respondent Germanica istæ, quæ habemus, nomina, Thorntæra, Thorkreizer, quasi Torquispinum vel Spinilanium dicas. Ferunt enim aucupes insecta ab se capta, & Auiculas eum spinis veprium insigere, & circumtorquendo occidere, de rostro laniare atq; deuorare. Item Nunroder, Nummorder hoc est, enneoconos, apud Vvestphalos, Hesses & Turingos, quòd singulis diebus nouem alias volucres occidere credatur. Circa Friburgum Heluetiæ VValdhæher, vel VValdherr, quod sylvarum, nemorumue dominum, ac Tyrannum sonat. Galli ferè omnes Picam vocant cum aliquo proprietatis significante cognomine adiecto. Alijs namq; Pic Ancreuelle dicitur, quòd Picæ similis vnguibus suis passim adhæreat arborum truncis, ita ut aliquando vix extricetur. Sabaudi Mattagasse, quasi Picam trucidantem dicant. Alij Pie griefche appellant, quod nomen non Picam Græcam sonat, ut quispiam opinari posset, & Ornithologus perperam autumat, sed Picam canam, seu ex cinereo subalbidam, quòd maculas utrimq; albicantes instar Picæ habeat. Vnde etiam Latinis distinctionis gratia Lanius cinereus vocatur. Aliæ etiam Gallicè Pie escrayere nominatur, quòd

Lib. 2. de  
Auis c. 23.  
Lib. 9. Hist.  
Flor. c. 23.  
Regestola.  
Gaza marina.  
Gaza Sparuiera.  
Passera Gazera.  
Orestio.  
Destollo Falconiera.  
Falconellus Castriga.  
Thorntæra.  
Thorkreizer.  
Torquispinus.  
Spinilanium.  
Nunroder.  
Nummorder.  
Enneoconos.  
VValdhæher.  
VValdherr.  
Pic Ancreuelle.  
Mattagasse.  
Piea trucidans.  
Pie Griefche.  
Piea cana.  
Pie Escreyere.

vocem

vocem habeat clamorosa, Canino latratui similem, quam hyemali præsertim tempore frequenter & ad nauseam vsque repetit. Sunt quoque Galli, qui Arneat ei nomen dant: Angli Germanicæ originis vocabulo, Nün morder, id est, enneoctonon, & Shrike, teste Turnero appellant. Turcæ Gezegani.

Arneat.  
Shrike.  
Gezegani.

## DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

**D**VAS huius Lanij cinerei seu Collurionis maioris differentias obseruavi, quæ à sexu tantum, ut opinor, peti debent, ut nempe que admodum in rapacium genere fieri solet, maior, audaciorq; sit fæmina, minor & imbecillior mas. Sed colore etiam nonnihil differunt, ut ex vtriusque descriptione palam fiet.

A sexu.

A colore.

9. H. c. 23.

Color.

Pie Grief-

che.

Caput.

Rostrum.

Ornithologia Lanium à nostro diuersum esse.

Lingua.

Oculi.

Ala.

Cauda.

Pedes.

Lanij cinerei maris descriptio. Color. Dorsum eiusq; penna.

Ala.

Crura.

Fæmina igitur magnitudine *Virionis aut Pardalis*, iuxta Aristotelem, seu Turdi mediocrius, videlicet à rostro ad vltimam caudam spithamam longa. E longinquo contemplanti tota appareret cinerea. Quare opinor, Gallos eam Pic Griefche vocasse, quasi Picam griseam, ut & senis barbam canam dicunt barbe Grise, sed propius insipienti venter, pectusq; albida apparent, dorsum leucopheum. Caput, quod tam grande est, ut triplo maiori Aui (modò rostrum longius & maius esset) proportionem suam satis responderet, magnum ac longum, inter vtrumq; oculum interstitium habet, à rictu rostri vtrumq; per oculi regionem, ad collum vsque, longa nigraq; macula, sed nonnihil obliqua exporrecti. Rostrum atro splendore, & aduncum est, ut in Sparverio. Eius pars item superiorem valde inflexam, duos angulos vtrumq; efficere, inferiore venter partem modicè fursum curuatam conspici Ornithologus in descriptione Lanij cinerei à se obseruari tradit. Quæ res alium à vulgari hoc nostro Italico, quem vulgò Regestolam vocamus, Lanium suum, siue Gerinorum Nünmorder esse indicat, cum talis rostri constitutio in nostrate minimè reperitur. Sed & icon, quam in voluminis totius calce in appendice exhibet, diuersam esse loquitur, si modo vera est. Huius igitur rostrum digiti longitudinem non excedit, in extremo, hamatum, sed firmissimum, ac robustissimum, vtpotè quo manum etiam duplici chiroteca munitam fauciat, & Auium ossa, & capita confringit, ac conterit, quàm ocyssimè. Lingua in extremo multi fida est, in fibras acutas & quasi capillamenta definens, quæ fortè ad insigenda insecta à natura fabricata est. Oculi toti nigri. Ala vtraq; nigra est tota, nisi quod alba linea latiuscula mediâ vtrumq; alâ transversim distinguat. Caudam Picæ similem habet, nempe variam & longiusculam, palmum expletem. Ita verò variat, ut maiore sui parte nigra appareat (quatuor nempe medijs totis atris, non duabus tantum, ut Bellonius scribit, nisi hac parte diuersos facit Gallia) sed extremæ vtrumq; sitæ albæ sint, diuerso modo. Nam prima extremarum tota albet, secunda minus quàm prima, tertia minus quàm secunda, quarta deniq; minus quàm tertia, ita ut vtrumq; ex quaternis pennis interior semper minus alba sit exteriore. Quæ res facit, ut caudam explicatam intuenti corniculatæ crescentisue lunæ imago exhibeatur. Superius tamen, videlicet circa vropygium omnes albicant, eodem colore, quo collum, pectusq; ac ventrem infecta esse diximus. Tibias & pedes pro ratione corporis omnium minimos, nigros, & graciles, atque vngues etiam атros & aduncos habet.

Alter ille Lanus, quem marem esse putabamus, toto habitu est paulò minor. Duos enim tantum palmos, & pollicem vnum, quàm longissimus est, explet, ideoq; tribus digitis priori brevior. Color gulæ, pectoris, ac ventris, femorum, caudæq; pronè albicat quidem, uti in fæmina, sed dilutiùs, & nonnihil, quod tamen vox videtur, lutei admixtum habet. Vertex & dorsum cinereo, ut in illa tinguntur quidem, sed in hoc obscurius fulcescunt: in illa verò dilutiora ad cæruleum aliquantulum tendunt. Plumulæ harum partium ad caudam vsque in vtroq; adeo tenellæ sunt ac molliculæ, ut pili potius quidam glabri, ac leues esse, quàm pennæ tangenti ac demulcenti videantur. In hoc præterea vestitrices plumulæ secundi ordinis, seu vltimæ, extremæ, qua remigibus incumbunt, parte albicant, ita ut omnes extremitates earum simul lineam transversam albam exilem constituent. Remigibus quoque omnibus extremi apices albicant. Ea insuper macula, quæ in maioris quoque Lanij alis medijs, nempe in maximarum & extremarum ventri contiguarum rectricum initio conspicitur, huic duplo maior ac latior est, bonamq; earundem partem occupat: Ultra pennas alarum vtrique & vropygium longè protenditur, quæ admodum Picis. Crura pedesq; non atra, sed fusca tantum sunt. Cætera fæminæ similis. Vnum aduertendus est & de rostro, nempe durum hoc, nigrum crassumq; & nonnihil vntum esse vtrique, sed modicè admodum. Ille enim pictor, cuius opera Bellonius vsus est; perperam & inscitè rostri hamum multò longiorem, quàm reuera est, & curuio rem fioxit.

K k

Cuius

LANIVS CINEREVS FÆMINA.

Cuius verò secundo loco iconem damus, rotus albus est, rostro, tibijs & unguibz exceptis, Rostrium enim & ungues nigricant, tibijs lutescebant: cetera cinereo præcedenti similis.

LOCVS.



## LOCVS. NIDVS.

**B**ELLONIUS Lanium interdum rarè alibi, quàm summæ cuipiam arbori aut dumeto infidere, cōspici scribit. Et Ornithologus Lanios suæ Heluetiæ plerunq; versari inter frutices spinosos, fruticum & humilium arbutorum summis furculis infidere; & cum cōfident, caudam refert erigere. In iisdem nidificat, & nidum suum ex mulco, lana & herbis tomentosis quibusq; construit. Fundum verò ex erica componit, intusq; molles ac tenellos quosdam, vtpotè fœni, dentis canini, aliarumq; similium herbarum cauliculos inducit: In eo nido senos pullos ætate est reperire, adeo parentibus dissimiles, vt vix vel vnica nota eisdem referat, rostro, cruribus, pedibusq; tantum exceptis. Imo è contra potius omnium plumularum, quæ etiamnum non aliud, quàm feturarum plumarum rudimenta quædam sunt, radices, ad virorem nonnihil vergunt.

*Lib. 2. de  
Auib. s. 23.*

*Nidus.*

*Pulli.*

## VICTVS. RAPACITAS.

**V**IVERE ajunt ex Scarabæis, Papilionibus, & grandioribus insectis, sed non solum istis, verum etiam, more Accipitris, Avibus. Occidit Fringuillas, Regulos, & quod à se visum scribit Turnerus, Turdos. Tradunt etiam aucupes hanc Auem Picas quas à sylvestres interdum iugulare, & Cornices in fugam adigere. Ossa comminuta & confusa devorat, & quando esurit, tantos carnis bolos in gulam ingerit, quantos rictus oris angustia capere potest. Vnde Offisraga quædam parva vocari posset. Nam nec moribus, nec colore ab ea multum abludivit. Nullo non die animalium vivum perimere dicitur, Aves scilicet, aut vermes, aut iulos & erucas hirsutas, locustas, grillos: quinetiam mures, lacertasq; . Aristoteles ipsam vesci, quibus Merula, Collurionem tradit.

*Offisraga parva.*  
9. Hi. c. 23.

## INGENIVM. VOX. VOLATVS.

**P**RÆTER morem reliquarum Avium, præsertim rapacium, si quando præda verior cõtigat, non nihil in futuram penuriam reponit. Mulcas enim grandiores, & insecta à se mcapta in aculeis, & spinis arborum figit, & suspendit, atque circa eos intorquet, vnde, ut dictum est, Germanis Thorntæher, quasi Spinitorquus vocatur.

*Vox.*

Canitillat, & varias modulationes, vocesq; Avium æmulatur, vere præsertim & æstate, quæ Aves ad se capiendas allicit. Dãrã enim operã altum exclamat, aliarum sonos imitatus, eo fine, ut illas, generis sui Avem quampiam opprimat, ac egere subsidio credentes, aduolantesq; si quæ propior facta est, arripiat, lanietq; . Adeo ut eam venationem exerceat eadem ratione, qua Noctuarum opera Aves allectas decipimus. Alioquin autumno & hyeme vrisformis illi vox est, quæ Canum à longè auditum latratum, aut Noctuæ alteram appellantis ulularum refert. Videtur autem hanc vocem exprimere, Houin, Houin, quam subindè iterando inculcat, acerrimo quodam clamore. Vnde Picam clamorosa videtur nominasse Galli indigete vocabulo Pie Ekrayete. Ex hac ratione & ingenio Aves capiendi, hæc Avem eam esse non oblecturo argumento colligere licet, quam Aelianus Merulam venaticam vocat, & de qua in hæc verba scribit: Merulis affine quoddam genus est venaticæ & caprius, colore atrox, splendide canoris: rectè ex eo venaticum appellatum, quod ex Avibus suæ canis permissione ad se alliciat & capiat, cuius ingenia sibi præstantia hæc Avis non ignara, eo munere ad se volupiate & cibo explendã vis videtur. Nam ex suis cantibus auditione, & bellissimas oblectationes habet, & aucupio, & venatione proximè ad se accedentiũ auscultarum exaturatur. Quod si quispiam hanc capiam in canem, incluserit nõ modo canere omisit, verum etiam proseruitute sua a venatore panã sileio sumẽt, muta permanet atq; elinguis. Solus ater color, quem Aelianus ei tribuit, obitare videtur, quo minus noster Lanius dici possit. Attamen & magna sui parte niger est, et si nõ totus. Ceteræ omnes notæ respondent. Bellonius suo iudicio suavitatem cantus plerasq; vincere illum affirmat. Huc astum ei natura prudenter indidit, quod alioquin volatu parum valeat. Quare & alio ingenio vititur. Nam Aves, quas occidit, non vnguibus, ut Accipitres, volando perneciter assequitur, sed ex insidijs adoritur, & mox iugulum petit, & cranium rostro comprimit, & confringit. Nonnunquã tamen in ipso aëre etiã operam dat, ut volat sublimius, id est, supra illas Aves, quas capere conatur, sed quod aëre qui se eas posse alioquin diffidat, celeritatem illarũ varijs anfractibus impedit, donec defessas cortipiat. Sic Turdis, & similibus maiusculis Avib; interdũ poritur.

*Pica clamorosa.*

*Merulam venaticam Aeliani esse Lanium cinereum.*

*Venandi modus.*

## CAPIENDI RATIO. INSTITVTIO.

9. Hi. c. 23.

**C**OLLVRIONES hyberno potissimum tempore, ut tradit Aristoteles, faciliè capiuntur. Nam cum vident Avem aliquam caueæ inclusam, desuper volant inuasuri. Facto vero decipula mox concidit, atque eos ipsos capit. Omnium autem teste Turnero, facillimè cicurantur, & mansueti carnisbus aluntur, quæ si fuerint sicciore, aut prorsus exangues, potum requirunt. Cicurantur aliquando à pueris Accipitrum instar, & aluntur, ut Passeres capiet è nidis dicitur Franciscus Galliarum Rex cicurem habuisse Lanium, eoq; ad manum redeunte aucupari solitus.

*Franciscus Gallus Rex*